

Libellus ad evitandum et expellendum morbum gallicum / [Joannes Almenar].

Contributors

Almenar, Juan de

Publication/Creation

Venice : B.V. de Vitalibus, 1502.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/mham28f7>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



ALMENAR 1502







D.E.F.
1/59

226


~~max~~


cess


Fix-b
16

c.c.
R

11
al







Libellus Ad Euitandum Et Ex=
pellendum Adorbum Galli=
cum Et Nunq̃ Reuer=
tatur Nouiter In=
uentus ac Im=
pressus.



Eum Gratia Et Priuilegio.

Tabula de omnibus contentis in hoc
paruo opusculo.

In Primo Capitulo.

- Qualiter hic morbus appellatur.
- Quæ sit origo morbi.
- Quantum durabit.
- Quæ sit diffinitio.
- Quare errant in cura medici
- Quare aliqui facilius aliqui difficilius sanantur.
- Qualis sit punctus cure.

In secundo Capitulo.

- Quæ sit causa primitiua morbi q̄ añs q̄ cōiuncta.
- Quæ sit cā antecedēs & cōiuncta ipsorū accidētū.
- Qualiter egritudo potest esse in hesine in humore
& denominatiue in membro.

In Tertio Capitulo.

- Quæ sint signa morbi & causarum ipsius.
- Quare dolores in nocte augentur.
- Qui sunt magis parati ad hunc morbum.
- Qui facilius qui difficilius sanantur.

In Quarto Capitulo.

Qualiter debeat fieri cura perfecta & canonica p intentiones requisitas absq; nocumēto in ore & absq; mora in lecto.

Qualiter possint mitigari dolores ante completam curam si infestauerint nimium.

Qualiter sanato principali ut ostenditur morbo omnes pustule & dolores sanantur.

Qualia debēt esse ad maiorē efficaciam remedia specialia ad curadū pustulas q̄ uidentur ut Cancer nodi siue gume fistule & alie diuersorū modorū p ordinē.

In Quinto Capitulo.

Qualis sit uia ad euitandum hunc morbum.

Qualia sint remedia pro uirga si acciderit nocu-
mentum in ea.

In Sexto Capitulo.

Quare hic morbus incipit a uirga uel uulua secū-
dum plurimum. Primo.

Quare terminat p os & ibi nocumētū facit. Secdo

Quare facit fetere os fetore orribili. Tertio.

Quare aliqui coeuntes omni die cum infectis non

incurrunt hunc morbum.

Quarto.

Quare argentum uiuū iuuat plus q̄ cetere medicī
ne quæ per exterius applicantur.

Quinto.

Quare aliq̄ remedia uidentur in principio cōferre
postea nō p̄seuerat iuuamētū cū cōtinuant.

Sexto.

Quare flebot. est timenda.

Septimo.

Qualiter debēt appellari dolores q̄ accidūt.

Octa.

Qualiter appellari debent pustule.

Nono.

Quare in secunda uel tertia die unctionis dolores
augentur.

Decimo.

Quare argentum uiuum administrandum sit cū
sit cōtrariū neruis & omnes uituperant & qualiter
corrigatur eius nocumentum.

Vndecimo.

Qualiter frequentius fiunt isti doloris in iunctu/
ris q̄ in aliis locis

Duodecimo.

In Septimo Capitulo.

Qualem ordinem debeat quis tenere in inuestigā/
do egritudinem per signa.

Quæ sint signa sanguinis colere flegmatis & ma/
lencolie.

Qualis sit arbor signorum.

Omnia hæc experta sunt & approbata rationibus
& auctoritatibus confirmata.

Explicit Tabula.

Libellus de morbo gallico qui ita pfecte erradicare
ipsum ostēdit ut nunq̄ reuertat̄ nocumētū in ore
accidere nō pmittens: neq; in lecto stare cogens cū
explanatione arboris signorū editus p Ioānē Alme/
nar Hispanū artiū & medicine doctore eximium.



Am graui languentium morbo
pietate cōpulsus de tanta incurā
do ipsum medicorū ignorātia do
lens mea; erga te beniuolentia
motus mi carissime Luca summi
opificis auxiliū imploro. Qua/
tenus mentē meā in scribendo illustret incurando
mea sequētibus remedia habilitatē prestet infirmis
insanando gratiā largiat̄. Conabor ergo tibi libellū
tradere quo sanos a morbo gallico p̄cauere doceas
infirmos taliter liberes ut nūq̄ morbus reuertatur:
nec uti empirici faciunt in lecto stare cogas nocu/
mētū in ore nullū accidere pmittas incurabiles qui
reputant̄ qnq; tales morbos mirifice sanes & incu/
rando fistulas cancrū scabiē leprā & oēs fere malē/
colicos morbos doctus efficiaris: neq; hoc a uerita/
te alienū putes qm si bene p̄spexeris rōne & aucto/
ritate id uerū eē cōprēdes: & si exptus fueris ad sen/
sum hoc patere cognosces nec me ī hoc opusculo ni/
si multis expiētiis cōprobata remedia scribere cre/

das ubi siqd minus bene dixerō equo animo feras:
si autē ex eo fructum cōsequaris deo laus & gloria
tribuat^r pro mei tamē laboris mercede tibi & qbus
hic labor pfecerit. Dicere libeat. Te deū suppliciter
exoramus ut qui hoc nobis beneficium intulit tuo
beneficio muniatur ut ab omni animo & corporis
miseria liberetur & nos liberemur amen.

Diuisio opusculi talis ī primo capitulo determina-
bitur de origine morbi eius diffinitionē cōcludēdo
ī secūdo de causarū ipsius indagatiōe. In tertio de
signis. In quarto de cura. In qnto de cautela in cui
tādo hunc morbū. In sexto de solutiōe pulchrarū
difficultatū. In septimo pro hiis q ī medicina parū
exercitati sunt declarabo arborē signorū qua pos-
sint huius morbi & aliorū qualitatem comprēdere
& ipsorū causas inuestigare breui ac clarissima uia.

Capitulū Primū de morbi origine & diffinitione.

Paturfa
nomen
morbi.



Onuenerūt sapientes quidam ut
hic morbus qui apud Italos ap-
pellatur gallicus nūc dicatur pa-
tursa quod interpretatur passio
turpis saturnina: turpis enī mor-
bus est qā mulieres ī castas ac re-
ligiosos reputari facit & generaliter oēs deturpat.

Et saturninus quia a saturno ppter eius ingressum in ariete aliis cæli dispositionibus coadiuuantibus originē traxit. Et si illi influxus cessauerint non pp hoc morbum cessare necesse fuit qm̄ plura corpora infecta remanserūt a quibus alia inficiuntur ex quo cōprendi pōt q̄ adhuc per multos annos hic morbus durabit: ideo caueant hoīes ut de aliis sumpto exemplo de ipsis dici possit felix quē faciunt aliena pericula cautū fuit autē dispositio a celesti influxu tūc ī corporibus impressa humorū adustiuā ex pte signi arietis quod calidum & siccū existit: & p adustionē humorū frigidorū & siccorū pductiuā ex pte saturni qui frigidus & siccus natura existit qui humores frigidi & sicci siue melancolici p adustionē geniti pulsī ad uaria loca uarios dolores inferunt & ad cutim uaria pustularum genera pducunt diffiniatur ergo sic. Morbus gallicus siue patura est mala epidimialis dispositio in mēbris corporis p̄cipue in epate & uenis & eorū humoribus existens ex qua ueluti accidentia sequuntur dolores ex pustule per uniuersum corpus. Tangitur causa efficiens cū dicitur epidimialis quia a cælesti influxu pcedēs for malis cū dicitur mala dispositio materialis cum dicitur in mēbris etiā tangit differētia per hoc quod dicitur ex qua sequuntur dolores &c. de finali autē causa morbi medicus corporalis non se intromittit spiritualis

Origo morbi.

Duratio morbi.

Diffinitō morbi.

Cā efficiens materialis formalis finalis.

tamē medici dicunt esse ppter punitionē peccatorū
quare qui ab hoc liberari aut ipsum euitare pcurāt
a delictis caueant ut mentē suā deo applicent solus
enim deus langores sanat ut inquit me. Inde appro-
priatis ex qua diffinitione plura ac utilia correlaria
sequunt. Primū q̄ hic morbus est unus & nō plu-
res ut quidā insufficienter dixerūt qm̄ de ipso non
posset unica dari diffinitio neq; unicā semper cām
hēret efficientē neq; unica sibi cōpeteret cura neq;
unicū haberet nomen quod incōueniēs esset ut pro
parte apparuit & manifestius adhuc apparebit.

Secundū correlariū q̄ male arbitrant qui de hoc
morbo capitulum inuenisse credūt siue capita ut
de doloribus iuncturā & de assafati qm̄ illis non
cōpetit diffinitio supius assignata p̄terea nō oēs do-
lores qui fiunt sunt ī iuncturis neq; oēs pustule assi-
milant assafati: quare neq; hic morbus in esse cum
illis cōuenit neq; cura eius ad curā illorū reduci pōt
ut inferius manifestabit. Tertiū correlariū q̄ qui
curant tantū pustulas aut qui tantū ad dolores ad-
uertūt imperfecte curāt. Quis enim potest curare
p̄fecte capitis dolorē aut nimīā lingue ariditatē uel
sitim quæ a febre pueniūt nisi prius curetur febris
accidēs enim sequitur morbū sicut umbra corpus
ut Galien. tertio de accidenti: & hoc pacto dolores
ut pustule curari nō possunt nisi prius hic morbus

De hiisq;
imperfecte
curant.

curetur: qm̄ ista aut sunt accidentia aut egritudines
associate q̄ sequuntur principalē & curā illius p̄sup/
ponūt: ut Auic. in prima tertiū & plerisq; locis ostē
dit. Quartū correlariū q̄ si qs cōiungat curā em
pericorū & curā istorū qui regulariter opari credūt
ut empici ungēdo & medici purgādo q̄ adhuc in
sufficiens est cura qm̄ p̄ illa medicamina nō remo
uetur illa mala complexio q̄ in mēbris impressa est
& hæc fuit causa: quare multi crediderūt se esse sa
nos & nō fuerūt: & si aliqs sanatus est. Hoc fuit qa
per medicinas solutiuas & unciones fuerūt humo
res p̄fecte euacuati q̄bus euacuatis natura fuit po
tentior supra morbū uel supra malā illā cōplexio
nem & ipsam expulsi hoc tamē nō factū esset nisi
uirtus esset fortis & impressio fuisset modica ubi
aut uirtus fuit debilis & impressio fortis nō potuit
hic morbus expelli & pp̄ hāc diuersitatē in uirtute
& impressione qdā potuerūt sanari absq; medicinis
quidā cū medicinis & quidā nullomodo sanari po
tuerūt: nos aut ostēdemus modū quē exp̄ientia &
ratio docuit ad sanandū oēs remouēdo cū medicī
nis nō solū humorē actu facientē dolores & pustu
las & ipsum qui paratus est facere uerū ipsam malā
cōplexionē q̄ humores inficit ipsis tamē prius eua
cuatis ut regulariter facere cōuenit: & in hoc cōsi
stet thesaurus cure: plura alia correlaria inferre pos

B

Quare
aliqui sa
nati sunt
absq; me
dicinis.

Thesau
rus cure.

sem: sed quia supfluū est plōgare sermonē in rebus
quæ in medicatione nullū afferūt iuuamētū ut ait
Galien. primo regiminis acutorū satis de hoc dictū
puto superest modo de causis determinare.

Capitulum Secundum de causis morbi gallici.

Causarū duplex est genus qm̄ quædā sunt
primitiue quædā corporales & iste du/
plices quædā antecedēs: & quædā cōiun
cte primitiua pōt esse in hoc morbo duplex princi
paliter quarū prima est sola influētia uel aeris cor
ruptio per quā cām euenisse pie credendū est in re
ligiosis secūda ē cōuersatio ut p̄ oscula & lactis assū
ptionē ut in pueris uisum est aut per coitum ut in
pluribus cōpertū est & frequētissime euenisse: aliis
aūt modis & p̄cipue a sola influētia uel aeris corru
ptione rarissime & etiā p̄ alios modos cōuersatio
nis euenire potuit quod tuæ cōsiderationis derelin
quo satis est ut scias hunc morbū esse cōtagiosum
ut expientia docet & rōne similitudinis quā habet
cū morbis cōtagiosis nō aliter credendum est unde
Auic. secūda primi in cōplendo sermonē de disposi
tionibus egritudinū: quædā sunt q̄ de uno ad aliud
trāseūt sicut lepra scabies uariolæ febres pestilentia
Causa an
recedens. les etiā apostemata putrida. Causarū uero antecedē

tiū quadruplex est genus secūdū q̄ quattuor sunt
humores qui in materiā huius morbi trāsire parati
sunt pp̄ eorū indispositionē aut q̄ impressionē mor
bi suscipere apti sunt ut sanguis/colera/flegma/me/
lencolica. Causa uero cōiuncta est duplex q̄ quæ
dam est ipsius morbi & est humor qui primo infe/
ctus aut alteratus a causis primitiuis inficit mēbra
& alios humores & hinc dicit̄ cause primitiue mo
nent antecedētes sed cā cōiuncta accidentiū est hu
mor imēdiate causans dolores aut pustulas. Sed hic
posset q̄ri an mala qualitas existens in humore qui
est causa antecedēs possit esse egritudo & uidet̄ q̄
nō cū egritudo sit passio uiuentis & humor nō ui
uat ad quod respondet̄ q̄ humor existens in epate
& uenis infectus ista mala qualitate pōt esse egritu
dinis subiectū dato q̄ illa mala qualitas adhuc nō
sit cōmunicata mēbro qm̄ ipsa pōt ledere:opatio/
nē digestiue epatis & uenarū ut humores corruptos
generet ergo p̄ diffinitionē egritudinis patet ipsam
esse egritudinē:ad argumentū autē dicit̄ q̄ sufficit
q̄ uiuens sit subiectū denoiationis siue illud quod
denoiat̄ egrū:nō autē oportet q̄ sit subiectū inhe/
sionis imo stat q̄ ipse humor sit subiectū cui ipsa
egritudo inhereat & si dicat̄ quomō humor pote
rit esse cā antecedēs & in eo esse subiectiue egritu
dinē. Dico q̄ erit causa antecedēs respectu dolorū

Cā cōiun
cta mor/
bi.

Cā cōiun
cta acci/
dentium

& pustulæ quia paratus fluere ad loca doloris & pustulæ & erit etiā causa cōiuncta pro q̄to causat malā cōplexionē in mēbro & erit subiectū egritudinis pro q̄to habet dispositionē per quā ledit̄ opatio mēbri & ipsum facit denotari egrū hæc si bene consideres omnem difficultatem quæ circa diffinitionem fieri aut considerari posset comprehendes.

Sequitur modo de signis.

Capitulum Sextum de signis morbi gallici.

Igna sunt lesio siue nocumentū in uirga & p̄cipue corrosio siue nocumētū quod assimilāt carolis grauitas capitis & colli

dolor q̄ paulatine expandit̄ uersus humeros & spatulas usq; ad iuncturas primo brachiorum deinde tibiarum & aliquñ fit in musculis & lacertis & aliis neruis qui sunt in istis mēbris & auget̄ dolor in nocte & de die diminuit̄. Cuius causa est q̄a humores in nocte a natura mouent̄ pp̄ ipsam esse retractam & fortiorē & etiā quia ratione humiditatis noctis materia auget̄ aut ratione frigiditatis de die aut natura diuertit̄ a sensibilibus & aliis & nō ita humores mouet̄ tū quia debilitata tū q̄a circa alias opationes occupata quare etiā signa causarum ex parte doloris & pustularum ostēdā: ex aliis aut iam patebit in

Quare
auget̄ do
lor in no
cte.

arbore signorū inferius declarāda. Si dolor est acutus & nō multū tarde eueniens & pustule sunt parue ad citrinitatē tendentes uel ulcerantes: & in cute aspitās appareat a colera sunt. Si aut̄ dolor est extēsiuus paulatine eueniēs: & pustule sunt late ad albedinē tendētes a flegmate sunt: & si ista signa apparent & sunt cum pruritu magnifico & aliquali ardore a flegmate falso sunt. Si uero ad nigredinē tendunt & parue etiā sunt a malencolia, dolore maxime existente pauco. Si aut̄ ad rubedinem tendunt & dolor nō est multus a sanguine fiunt ista tamē signa cōfundi reperiēs si alia aspexeris signa qm̄ quē admodū raro accidit corruptio in humore uno solo teste Galie. primo regiminis acutorū: ita raro reperiēs q̄ solū appareāt signa significātia supra unū humorē solū quare oportet oīa signa in mēte colligere: & ea cōparando ad se inuicem comprehendere quod magis dominatur & iuxta illius humoris dominium ita curam ordinare.

Pronostica.

a D hūc morbū magis parati sunt melencolici pp̄ similitudinē iuxta Aristo. secūdo de generatione in hñtibus symbolum facilius est trāsitus & Auic. cōuersio in genere pro-

portionali facilius est q̄ cōuersio in cōtrariū secūda
primi & maxime illi qui sunt melencolici per adu/
stionē: secundo illi qui sunt colerici: tertio sangui/
nei pp̄ humorū abundantia minus ceteris sunt fleg/
matici & horū oīum magis p̄parati sunt qui habēt
corpora rara: & adhuc omniū magis illi qui malis
humoribus repleti sunt & qui utuntur cibis melen/
colicis sicut legumina carnes antiquas & hmōi &
cū hic morbus est recens est curabilis: cū aut̄ anti/
quat̄ difficilioris est cure & tanto magis q̄to anti/
quior qm̄ illa mala cōplexio cōtinue magis figitur
quare qui hūc morbū patiunt̄ q̄ citius possint libe/
rari p̄curēt. Item hñtes pustulas eminentes multas
& dolores paucos facilius curantur q̄ qui opposito
modo se hñt: & qui nodos hñt qui gume uulgari/
ter appellant̄ difficilius ceteris curant̄. Iuuenes enī
ceteris paribus siue adolēscētes facilius ceteris cu/
rantur. Vnde Galie. nō est possibile illi qui in etate
plus p̄cesserūt magis saluari q̄ adolēscētes secundo
pronosticoꝝ: superest modo ad curā deuenire.

Capitulum Quartum de cura morbi gallici.

Vram huius morbi p̄ septē intentiones
e cōpleri arbitramur: prima est uentris le/
nitio: secūda minoratiua euacuatio: ter/

tia: materie digestio: quarta ipsius euacuatio: quinta
membrorum alteratio: sexta ipsorum confortatio: septima
accidentium correctio. Sed quia plus nocet error in
sex rebus non naturalibus quam sit iuuamentum medici/
narum teste Serapione quinto practice secundo capitulo
& Auic. amplius scire oportet quod non omnis complexionis
malicia suo medicatur contrario &c. imo moltotiens
sufficit regiminis bonitas: ideo regimen in sex rebus
non naturalibus preponendum est. Vnde licet sanis et
debeat regimen illud appellatur conseruatiuum. Istud
autem curatiuum. Cum igitur omnis cura sit per contraria ut
Galie. tertio tegni & Auic. quarta primi & hic mor/
bus sit ualde siccus regimen debet declinare ad hu/
midum: & quia quo ad essentiam eius est calidus quia
adustius & quo ad humores frigidus quia humo/
res sunt frigidi & sicci oportet temperare regimen in
actiuis & in passiuis facere quod declinet ad humi/
dum licet propter apertionem & humorum subtiliationem
ac digestionem necessarium sit administrare calida ip/
sis tamen oportet admiscere aliquantulum frigida & co/
forrantia precipue epas & uenas quare sit aer in acti/
uis parumper declinans ad calidum. In passiuis autem ab/
solute declinet ad humidum sit boni odoris & eueta/
tus & pot fieri in estate artificialiter humori sternendo
folia canne salicis iunci uitis ros. uiolas eis miscendo
laurum & res boni odoris & omnia ista irorando cum

Aer

Cibus & potus. aqua. Circa cibū & potū diēta nō debet esse subti-
lis. Vnde Hypo. *tenuēs & certe diēte in diuturnis*
passionibus difficiles quarto prime particule sit er-
go panis non calidus nec pluris triū dieꝝ bene co-
Vinum. ctus & fermētatus. Vinū sit albū clarū mediū sapo-
ris inter dulce & ponticū cū aqua cocta debite per-
mixtū: aut cū aqua buglose borraginis & similiū
& hoc p̄cipue in declinatione quia in aliis tpibus
possent plures materie duci ad loca dolorꝝ. Ideo si
plures dolores assint bibat rubeum usq; in declina-
Carnes. tionē. Carnes sint ex caponibus iuuenibus carno-
sis sed non pinguibus & ex pullis & edis & uitulis
lactantibus & agni annualis carnes fasianoꝝ per-
ditū & auicularꝝ paruꝝ licet cōcedi possunt: tamē
meliores sūt carnes domesticꝝ q̄a magis de humi-
do participātes. Ex piscibus cōcedunt petrini squa-
mosi uiuētibus in bonis aquis & ex supradictis pōt
fieri ferculum ut cū lacte amigdalꝝ & seminū co-
minum & ptisana ordearea est ualde cōueniens: far-
Herbe. etiam & huiusmodi. Ex herbis melior est buglosa
& borago ipsa: unde uersus borago bona q̄ dulcia
sunt tria dona semp uirescis & in omni tpe crescis
inquit. Borago gaudia semp ago. Item concedunt
spinachie & in p̄cessu feniculus petrosellinū cū la-
ctucis & spinachiis miscendo: & ex hiis herbis &
ipsa cicorea pōt fieri salatuciū cū aceto passulato.

Legumina oīa p̄ter cicera fugienda sunt & caules. Legumi/
 Lacticinia oīa fugiēda sunt sed lac fortasse cōcedi na.
 posset ubi non esset epatis inflāmatio aut stomaci Lactici/
 ubi timeret̄ eius facilis corruptio unde Auic.in de nia.
 cura lepre. Lac est de cōueniētiorib⁹ medicinis er/
 go pp conformitatē quā habet hic morbus cū illo
 posset cōcedi. Oua cōueniūt sorbilia aut in aqua Oua
 decocta. Aromata p cōfortatiōe mēbroꝝ & ī pau/ aromata
 co usu & p̄cipue cinamomū cōcedi p̄nt: ideo ī ciba
 riis pōt poni talis puluis. Recipe carui anisi ame/
 os petrosellini apii maratri bethonice cimini cala/
 mēti pulegii yfopi spicenardi pipis añ.ō.i. maiora
 ne folii balsamite ozimi cardamomi galange liqui/
 ricie añ.ō.i. Hic puluis maxime cōueniēs est habē
 tibus stomacū debilem & cerebrū frigidū letificat
 cor & acuit sensus & mirabiliter memoriā cōfortat.
 Fructus cōueniētes sunt tēperati. In actiuis aut pa Fructus
 rum ad calidū declinātes & humidi cōueniūt ergo
 mora matura & dulcia uua matura poma dulcia
 apia muscata daētilina & hmōi q̄ dari debent co/
 cta sub prunis. Itē cōueniūt amigdale pruna dama/
 scena pfica exsiccata & depilata infusa in uino gra/
 natoꝝ muzoꝝ. Somnus sit tēperatus superfluus Somnus
 enī nocet iuxta Hypocra. somnus & uigilia magis
 modo facta malū. Tertia particula afforismoꝝ mi/
 nus tamē malū est declinare ad superfluū somnū q̄

ad supflua uigilia semp tamē studeas facere q̄ for-
 nus sit tēpatus: uñ Aui. 3^a primi capit. 9^o. Somnus
 tēpatus uirtutē fortē efficit. Meridianū aut somnū
 fugiat nisi p̄nimio dolore non potuisset dormire in
 nocte. **Motus.** Motus añ cibū factus est cōueniens tēpatus
 pulsus tñ supfluitatibus prime & secūde digestiōis:
 melius tñ ē declinare ad supflua q̄erē q̄ ad supfluū
 motū imo qñ utit̄ medicinis necessaria est quies:
 & iō isti empici cogūt̄ in lecto stare: uirtus enī tūc
 totaliter attenta est ad morbi expulsionē. **Accidē-**
tia animi est ira furor tristitia timor sollicitudo confert letari
 gaudere bene sp̄are de salute sua cōfidere cū ami-
 cis & dilectis cōuersari. **Coitus** aut sit tēpatus & ce-
 lebrata tertia digestionē uentrem hēat lubricū & si
 nō natura arte diebus interpollatis faciēdo tale cli-
 stere. **Inani^o & reple^o** Recipe foliorū maluarū fumi terre mercurialis
 añ. m. i. boragis. m. s. fiat decoctio de q̄ accipiat̄ .q.
 .s. & addat̄ olei o. iiii. salis. 3. ii. stōacho ieiūo ipōat̄
Lenicio **p** Ro prima igit̄ intētionē Recipe Cassie no-
 uiter extracte electuarii lenitiui añ. 3. v. &
 cū zucharo fiat bolus aut distēpent̄ ista cū aq̄ fu-
 mi terre aut aqua fructuū aut potes exhiber̄ māne
 cassie añ. 3. vi. & cū predictis distēperat̄ pro diui-
 tibus uel fiat tale clistere. Recipe blitis mercurialis
 malue florū camomille añ. m. i. fiat decoctio cui ad-
 datur yerapigre. 3. vi. cassie zuchari rubei añ. o. i.

olei cōis.ō.iii. salis.3.ii. admīstret̃ ieiuno stomacho.

p Ro secūda intentione q̃ est materie minora **Mīorat^m**
tio. Recipe flor̃ uiolar̃: flor̃ boraginis añ.

3.iii. liquiricie ras. passular̃ enucle. añ.3.ii. prunor̃
sebesten añ. numero. v. folliculorum sene epithimii
añ.3.i. fiat omnis decoctio de qua accipiat̃ quantū
sufficit ad distemperandum cassie nouiter extracte
electuarii lenitiui añ.ō.i. electuarii Indi.3.i.5. uel tā
tūde cōfectionis amech fiat bolus cū zucharo aut
distēperēt̃ oīa &c. ut supra uel Recipe pillular̃ feti
dar̃ de fumo terre añ. scrū. i. fiāt pillule. iii. cū melle
ros. & dent̃ post cenā electuaria aut̃ dent̃ de mane.

p Ro tertia intentione quæ est materie dige/ **Digesti^m**
stio. Recipe syrappi de fumo terre de bu/
glosa añ.3. vi. aquar̃ cicoree endiuie lupulor̃ añ.ō.
.i. & cōtinuetur per quinq; dies. Deinde detur solu
tiuū positū in sequenti intentione postea itē acci/
piat aliū syrappū: ut gratia exēpli. Recipe syrappi
de sticados.ō.i. de fumo terre.ō.5. aquarū boragi/
nis lupulor̃ & endiuie añ.ō.i. trāfactis aut̃ sex die/
bus aut̃ septē det̃ itē solutiū & postea itē acci/
piat syrappū adhuc fortiorē puta de epithimo cū
aquis feniculi petrosellini &c. & si infirmus fasti/
ditur cū syrappis fiat talis decoctio. Recipe radi/
cum apii feniculi petrosellini buglose brusci spagi
ab eis extracto medullo ligneo capillorum ueneris

flos boraginis & mellisse epithimi polipodii thimi
passularum an. partes equales fiat decoctio & coletur
& addito pauco aceti & modico zuchari iterum una
bullitione bulliat & de ipsa accipiat patiens ciatum
unum modo & ordine calidam ut supra & si de hac
decoctione iam fastidit infirmus dent tales aque cum
zucharo. Recipe aquarum scolopendrie feniculi buglo
se boraginis fumi terre an. o. i. cum modico zuchari
de ut supra. Sed quia materia est adeo rebellis quod non
potest per intus suscepta digerere oportet quod ad extra ap
plicentur quae hanc materiam in digerendo iuuant adeo
ut quantumcumque materia sit digestionem inobediens hoc modo
digeratur. scilicet applicando per intus & per extra nec de
hoc mireris. scilicet de applicatione medicaminum ad extra
ad digerendum quoniam Gilbertus in cura terciane com
posite ait oportet digerere materiam per fomentationes
emplastrationes & homini talis ergo servetur ordo ut
prima & secunda die accipiat syrumpum patiens: ter
tia autem die facias ungi cum unguento inferius descri
bendo omnes partes domesticas tibiarum & brachiorum &
plantas pedum & palmas manuum leniter tamen & parum
apponendo de unguento & hoc quando vadit patiens dor
mitum & de mane accipiat etiam suum syrupum ita ut in
sexta die sint accepti sex syrapi & sint facte tres un
ctiones & tunc dabis medicinam solutivam & humores
qui per os expelli deberent ad inferiora diuertentur:

& sic euitabit nocumentū in ore. In diebus autē sequētibz simili mō utaris fortificando tñ aliq̄tulū digestiuū & etiā unguētū ponēdo magis de tyriaca & argēto uiuo potes ēt illa loca fomētare cū decoctione melliloti radicū altee & similiū: & hoc faciendo de mane & sic erūt tria ingenia simul ad digerēdū. s. syrupi unctiones & fomētatiōes. Sequit̄ modo descriptio unguēti. Recipe butiri. ṽ. iii. assungie porci medie inter recentē & antiquā libr. i. tyriace etatis decē annorū. ṽ. i. s. mītridati. ṽ. i. argēti uiui. ṽ. ii. s. litargiri auri salis cōmunis añ. ṽ. i. fiat unguentū ex istis incorporādo tantū de aqua fūmit̄ terre & scabiose q̄tū poterit incorporari: & hoc unguentū est pp̄ria medicīna huius morbi & ultimū & maius secretū q̄ esse possit circa ea quæ exterius applicantur: de hiis autē quæ interiorius applicantur principalius & maius isto est aqua distillationis tyriace ut uidebitur.

Syrupi
Vnciōes
Fomēta/
tiones.
unguētū

p Ro q̄rta itentione q̄ est ipsius materie digeste euacuatio. In forma potabili priō Recipe electuarii lenitiui cassie nouiter extracte añ. 3. iii. electuarii Indi minoris cōfectionis amech añ. 3. ii. cū aqua fructuū uel cū decoctione prius dicta dec̄ de mane dormiendo desup p̄ horam possunt ēt ista distempari cū aqua buglose & endiuie aut de fumo terre & similibus. q. s. uel loco. Cassie ponendo

Quarta
intentio.

manne. 3. vi. pro diuitibus uel pro ipsis diuitibus de
tur talis medicina. Recipe liqricie ras. passulaz añ.
. 3. ii. sebestē numero q̄ttuor floz boraginis buglose
añ. m. 5. folliculor̄ sene numero q̄ttuor ramaridor̄
. 3. i. bulliāt in aq̄ buglose fumi terre añ. q. s. de qua
decoctiōe accipiant. 6. iii. in qua infūdant̄ reubar
bari scrū. iiii. agarici scrū. ii. spice gra. q̄ttuor stēt p
octo oras. In infusione & fiat exp̄ssio cui addat̄ ele
ctuarii lenitiui. 3. vi. electuarii Indi mīoris cōfectio
nis amech añ. 3. i. 5. & fiat potio q̄ exhibeat̄ mō ut
supra hoc tñ grā exēpli dictū sit. Pillule cōuenien
tes sunt pillule de hermodatilis de fumo terre. Inde
aggregatiue ut grā exēpli: Recipe pillular̄ de her
modatilis de fumo terre añ. scrū. i. feridar̄ scrup. ii.
cū syrūppo de sticados fiāt pillule pro una uice q̄s
accipiet patiens de mane & dormiat desup p horas
tres aut quattuor. Omnia ista dicta gratia exem
pli qm̄ tua interest secūdū exigentiā particularium
uariare si opus erit ista solutiua sunt accipienda in
sexta die prout dictum est in precedenti intentione
& eo ordine procedendum est.

Mēbroz
alteratio

p Ro quinta intentione fiat balneū siue stufa
cū aqua dulci in qua bulliant malua bismal
ua mellilotū camomilla rose lapacium fumus terre
& hoc debet fieri post purgationē in die sequenti.
Hoc enim pacto fit cōueniēs alteratio quia hume

ctatio q̄ maxime requisita est: & cū incipiet sudare
accipiet infrascriptā aquā. Recipe radicis altee fu/
mi terre lapacii enule. añ. lib. 5. & minutim icidan/
tur & ponantur in quattuor libris uini maluatici ad
remolliendū per unā diem & unam noctem postea
addatur tyriace etatis decē annorū aut plus. o. i. 5.
& ponatur in alābico & destilletur aqua de qua acci/
pantur. o. iiii. cum. o. ii. aque buglose in principio
ut dictū est & ista stufa reiteretur omnibus sex die/
bus transactis aut septem bibendo istam aquam q̄
est optima & singularis: & in hoc morbo magnum
secretum & ultimū est cauterium.

P Ro sexta intētionē q̄ est mēbroꝝ cōfortatio
